



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

De His, Qvi Filios Occiderunt. Titvlvs X.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

Consultationi a tua breviter respondemus, quod monachus aliquem sacrum ordinem in apostasia recipiens, quantumlibet suae fuerit reconciliatus Abbati, & receperit poenitentiam, absque dispensatione Rom. Pontificis ministrare non poterit in ordine sic suscepto.

DE HIS, QUI FILIOS OCCIDUNT.

TITVLVS X.

CAP. I.

Mulier occidens sponte filium, debet perpetuo in monasterio poenitere, si tamen timetur de innocentia, datur, vel saltem non denegatur sibi licentia nubendi.

Alexander III. Tornacen. Episcopo.

Veniens b ad nos M. mulier lachrymabili nobis confessione monstravit, quod cum de quodam filium genuisset, & ille sibi saepe turgido vultu impropetasset, quod filius ejus non esset, ipsa iracundiae calore ducta, eundem filium interfecit: [1 & 7.] Mandamus, quatenus eam labores inducere, ut ad aliquod monasterium transeat, in quo peccata sua perpetua poenitentia deploret. Si autem (repugnante carnis fragilitate) ad hoc induci noluerit, ei licentiam in domino nubendi tribuas: quia tutius nobis videtur, ut in domino nubat uni soli, quam inhoneste multos admittat.

[1 Quo comperto comes Flandrensis, eam totam terram usq. ad septennium abjurare coegit, nisi de nostra licentia remaneret. Cumq. si nostro aspectui presentasset, & quod cum cruce accepisset Hierosolymam profectura nobis assertionem sua proposuit, & nos eam quia in partibus illis presentia sua non posset esse utilis, sed damnosa, a Hierosolymano sinere revocantes, ipsam f. i. duximus remittendam: presentium tibi auit.

CAP. II.

Mulier occidens filium, propter hoc a viro separari non debet, sed alia poenitentia sibi imponitur.

Lucius III. Parisien Episcopo.

Intelleximus e, quod M. mulier filiam parvam furore accensa diabolico jugulavit, propter quod Dominus terrae marium ejus ipsam compulsi abjurare. Quia vero illam alios habere filios intimasti: mandamus, quatenus ita super hoc provideas, quod sui sceleris poenam luat, & saluti ejus ac filiorum per tuam providentiam consulatur: & non obstante juramento, quod a viro dictus dominus proponitur extorsisse, eam (sicut expedire videris) eidem viro restituis, ita quod filios suos liberè possit & pacificè gubernare.

CAP. III.

Se summat, ponens poenitentiam parentum, circa quos pueri reperiuntur oppressi.

Idem.

De infantibus d autem, qui mortui reperiuntur cum patre & matre, & non appareat, utrum a patre vel a matre oppressus sit ipse vel suffocatus, vel propria morte defunctus, non debent inde securi esse parentes, nec etiam sine poena: sed tamen consideratio debet esse pietatis, ubi non voluntas, sed eventus mortis causa fuerit, si autem eos e non laet ipsos interfectores esse, scire debent se graviter deliquisse. Quidam autem poenitentiam trium annorum judicant esse debere, quorum unum peragant in pane & aqua.

a Vide praesens Henricum Bosch, & Hostien praecedenti c. citatum. b C. i. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 50. c. 12. vide Host. hic in summa. c C. 2. eod. tit. in 1. compila. & post Conc. Lat. p. 50. c. 27. d Cui. eod. tit. in 2. comp. e Vox, nos, deest in quibusdam exemplaribus.

DE INFANTIBVS a, ET LANGVIDIS EXPOSITIS.

TITVLVS XI.

CAP. I.

Infans expositus a patre vel alio eo consentiente, vel ration habente, hoc ipso a patria potestate liberatur. Idem in seruo & liberto, qui ob praedictam causam liberatur a dominica potestate. Et idem juris est in praedictis languidis cuiuscunque aetate sit expositus, vel si eis alimenta denegantur. hi tamen, qui praedicta dominica praestiterint, nullum jus in eis acquirunt.

Gregorius IX.

SI a patre five alio sciente ipso aut ratum habente (relegato pietatis officio) infans expositus caritur: hoc ipso a potestate sui patris liberatur. Nam b & hoc casu in ingenuitatem libertus, & servus in libertatem eripitur, quod & de praedictis cuiuscunque aetatis languidis si expositi fuerint, vel si alicui eorum alimenta impie negari contingerit, est dicendum. Sane qui hoc suscipiunt, non possunt propter hoc in coram persona jus aliquod vindicare.

DE HOMICIDIO c VOLVNTARIO VEL CASUALI.

TITVLVS XII.

CAP. I.

Homicida incorrigibilis debet deponi, & iradi curia seculari, ut moriatur.

In Exodo d.

SI quis per indultiam e occiderit proximum suum, & per insidias: ab altari meo evelles eum, ut moriatur.

CAP. II.

Poenitentiam occidens latronem cum si poterit aliter liberare: si vero aliter liberare se non poterit, non tenetur agere poenitentiam, nisi ad cautelam.

Ex poenitentiali Romano.

Interfeci si furem aut latronem, ubi comprehendi poterat absque occisione: quia ad imaginem Dei creatus est, 40. dies non intres ecclesiam: & lanea veste indutus, ab elcis & potibus qui interditi sunt, & a toto gladio & equitatu, illos (supradictos) dies abstineas. In tertia noctem & quinta feria & sabbatho, aliquo genere leguminum, vel oleibus, pomis, & parvis pisciculis, cum in diocri cervisia utere temperate. Si autem sine occasione, te tuaque liberando hujusmodi diaboli probra interfecisti (secundum indulgentiam dico) propter imaginem Dei) si aliquod sejunare volueris, bonum est tibi: & eleemosynam fac largiter. Si Presbyter eadem f fecerit, non deponatur: tamen quamdiu vivit poenitentiam agat.

CAP. III.

Non occiditur fur diurnus sine culpa, sed nocturnus si. Augustinus super Exodo.

SI perfodiens h inventus fuerit fur, & percussus mortuus fuerit, non est illi homicidium imputandum. Si autem oriatur sol super eum, reus erit. Intellegitur ergo non pertinere ad eum homicidium, si fur nocturnus occidatur: si autem diurnus fuerit, ad homicidium pertinere. Hoc est enim quod ait: si oriatur super eum sol, & c. quia poterat discernere, quod ad furandum non ad occidendum venisset: & ideo non debet occidi.

a In Cod. Barb. De infantibus languidis, vel expositis. b In Cod. Barb. Nam etiam in hoc casu, & c. Vide con. Trid. sess. 14. de reform. c. 7. d Exod. c. 1. e C. i. eod. tit. in 1. comp. post Ant. Bur. & alios vide. Quid. Pap. de off. 121. incipit in Camera. f vide Bernard. Diaz. in praedictis. can. c. 11. g vvat. h C. i. eod. tit. in 1. comp.

Hoc